

Peter Eberbach¹⁾ an Vadian.

1510. Mai 2.

Wunsch nach engerem Freundschaftsverhältnis zu Vadian.

S. P. D. Complura audivi^{a)} de humanitate et eruditione tua, Ioachime doctissime, ab conterraneo meo Hieronymo. Præcipue vero et illud me delectavit, quod numquam antea viso Berosum concredidisti, cuius iucunda præsentia iam integrum biduum fruimur. Quocirca cupido me invasit arctioris tecum ineundę benevolentię, quando quidem omnibus nervis contendendum censent sapientiores, ut amicorum adipiscamur, quantum possimus. Ne autem illotis, ut aiunt, pedibus tam augusta amicitię penetralia introgressus videri queam, volui te primus hoc epistolio, veluti constantis perpetuęque prodromo necessitudinis salutare. Quod si tu quamvis extorrem et extremi subsellii hominem Petreium, non tamen inofficiosi ingenii et a Musis Gratiisque prorsus alieni, resalutare non dedignabere,

sublimi feriam sidera^{b)} vertice. Habes, quanti te faciam. Bene vale. Ex Timonio nostro. Raptim. Sexto Nonas Maii, anno MDX.

Petreius Aperbacchus.

Humanissimo literatissimoque bonarum artium doctori Ioa ch i m o
V a d i a n o, amico suspiciendo.

a) Eher „audavi“. — b) „sydera“.

1) *Peter Eberbach*, geb. ca. 1480 in Rotenburg an der Tauber, studirte in Erfurt, wo sein Vater Professor war, Jurisprudenz und lebte, nach erlangtem Doctorgrade, eine zeitlang mit *Joachim Vadian* in Wien. 1512 kehrte er wahrscheinlich nach Erfurt zurück, machte von hier aus 1514 eine Reise nach Italien und lebte dann, wie es scheint, bis zu seinem Tode 1531 oder 1532 ununterbrochen in Erfurt, in enger Freundschaft mit Hutten, Eoban Hesse und Mutianus. In unserer Sammlung sind 9 Briefe von seiner Hand aus den Jahren 1510–1514, wovon einer (Nr. 4) in Bremen aufbewahrt wird. Vrgl. Allg. deutsche Biographie I, p. 504.